

HIERONYMI
Ecclesiae Melioris Multitudinis
De SVBTLITATE

Lies mir die nächsten Prinzipien. Faszinieren Damme-
gen, Machtbereich gewisser Freuden.



6. Primary Lenses

Widderen (Bremen) und **Lübeck**, die beide ebenfalls zusammen, nachdem sie sich auf dem Lande aufgestellt waren, wieder zusammengekommen waren, um gemeinsam einen neuen Angriff auf Bremen zu unternehmen. Am 10. Februar 1310 schlossen sich diese drei Städte zusammen, um gemeinsam einen neuen Angriff auf Bremen zu unternehmen. Sie vertraten zusammen eine Flotte von 60 Kriegsschiffen.



Con Perito por Celia en calidad de testigo. 44 horas.

ANNE M. D. L.

De perfectis animalibus.

231

cum etiam inter gemmas sedeat, & cum marmore certet. Soliditate sua
ac tenuitate fit ut totum cum tale sit, uiuacissimum animal reddatur, atque
hoc unum est Elephantis priuilegium, nam magnitudine & robore à ce-
nis & serpentibus quibusdam uincitur, sagacitate ab homine, & aqua-
tus ducentis annis uiuere palam est, multi tamen authorum trecentis
affirmant. Neque enim animalia in aqua degentia ob humidū liquidius
tandiu uiuere possunt, nec aues ob paruitatem, nec quadrupedi alii me-
hor temperatura conceissa est. Quamuis vero lente uideatur moueri, ho-
mines currentes tamen consequitur ob uastitatem corporis, binæ clitellæ
duabus cathenis sub uentre positis dorso impoñuntur, his casillum lig-
nici imponit, in quo semi homines ad minus, quandoq; etiam usq; ad
quatuordecim armati pugnant omni telorum genere. Sed hoc genus
pugnae olim præclarum, tormentorum igneorum violentia culuit. Huc
usq; uideretur natura procellisse in animalibus brutis, ut mansuetissimum
maxime longeum ac robustum & magnitudinis raræ procrearet. Arctos
hic status mortali huic materiae ultimus, preter hominem, cui melius alii
quid largiri excogitauit, nam Elephantis sanguis etiam prædulcis est, ac
pro tanta mole tenuis. Promuscidè odores sentit Elephas, & mammae
habet duas sub armis, adeò paruas ut à latere nequeant conspici, neque es-
tiam magnitudine corporis ulla ex parte respondent. Mas coire quanto
aut sexto anno incipit, & uere coit, nec nisi singulo triennio reddit ad uene-
rem; foemina anno xiiij. cum celerrimè, xv. cum tardissimè foetum gestare
incipit: fert biennio toto, & mas quam grauidam semel reddiderit inire
amplius non sustinet. Catus cum nascitur uitulum trimestrem æquat
magnitudine. Potum haurit incredibilem, & cibi maximè est. Floret cir-
ca annum ætatis Lx". spirat etiam promuscidè, tot ei comitiada unum
præbet membrum: frigoris impatiens est, & ob id præcipue nascitur in
India. Vbi etiam Rhinoceros, animal rarū, equi magnitudine, pilo mu-
stelæ simillimo: capite ceruino, in quo cornu crescit unicum cubitorum
trium longitudine, media in fronte atq; rectū, in imo autem amplum ten-
dens in aciem. Collum breue, iuba rarissima, & in alteram tantum par-
tem tendente, crura uelut capreolo tenuia, postremorum pars posterior
multo pilo uillosa, ungulae bifidae: in uniuersum si quis aduersat cerui na-
turæ non est absimilis præter cornu illud: serum est ualde. Nascitur & in
Æthiopia inter solitudines squalentemq; terram, atq; inter terpentes, mi-
rumq; in modum ueneris cornu eius aduersari creditur.

At contraria aeris qualitate penitus sub Boreali polo Alces nascitur,
ceruo simile, cruribus anterioribus longioribus, carnem habens pro-
muscidem breuem tamen, cuius ungula si collo appendatur comitiales
fanare

Rhinoceros.

Alces.